Künstlich könnte man vielleicht auch Sporen käuflicher Trüffeln, nämlich die entwickeltesten, zum Keimen bringen, gleichwie wir oben sahen, dass zuweilen unreife Sporen spontan keimen, und das Endresultat eines solchen Experiments wäre jedenfalls höchst interessant, wenn ich auch weder hier noch bei andern unreif keimenden Sporen, mich der Erwartung hingeben kann, es werde gelingen, den Mutterpilz zu erziehen. Aber bei dem, hauptsächlich durch ihr grosses Accommodations-Vermögen bedingten Pleomorphismus der Pilze, ist es nicht unmöglich, dass aus derlei Sporen ganz andere Formen erzogen würden, deren Zusammengehörigkeit mit der Stammform dadurch erwiesen wäre.

Ich habe nicht das Glück in einer Trüffelgegend zu wohnen; daher basirt Vorstehendes keineswegs auf eigener practischer Erfahrung, wie alle meine übrigen Aufsätze. Es sind eben nur allgemein wissenschaftliche Ansichten und Folgerungen, die ich übrigens so lange zu vertreten bereit bin, bis man mich nicht von ihrer Unhaltbarkeit überzeugt.

Lichenes,
collecti in republica Argentina a Doctoribus Lorentz et Hieronymus,

determinati et descripti a Doct. A. de Krempelhuber, Monacensi.

(Continuatio.)

32. *Parmelia Argentina* Krph. sp. n.

Thallus membranaceus, subcartilagineus, pallido-testaceus, minor (lat. circ. 4—6 centim.), irregulariter dilatatus, vario modo incisolobatus, lobis irregularibus, versiformibus, raro planis, plerumque complicatis et imbricatis, marginibus crenatis vel inciso-crenatis, atro-ciliatis, supra passim rugulosus, subtus versus medium nigricans vel atrofuscus, rhizinis brevibus parce consitus, versus ambitum pallidus vel pallidolutescens, nudus et tenuiter rugulosus; apothecia infundibuliformia, plerumque marginalia aut submarginalia, mediocria (lat. circ. 0,5—3 mm.), excipuli tubo extus nonnihil corrugato, marginibus inflexis, integris vel crenatis, nudis aut saepe — ut loborum margines — longe atrociliatis, disco obscuro-fusco vel fusco;

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0478-5

sporae 8nae, oblongae, simplices, hyalinae, long. 0,019—022, crass. 0,010—013 mm.

Color albus medullae denudatae nec hydrate Kalico nec hypochlorite calcico mutatur.

Ad cortices, ut videtur, frequens, praesertim ad ramos ramulosque, et plerumque large fructifera.

Affinis *Parmeliae crinitae* Ach., a qua differt colore alio thalli et forma alia apotheciorum, sporis minoribus etc.

Lobi thalli hinc inde marginibus crispis, albo-sorediatis.

33. *Parmelia Lorentzii* Krph. sp. n.

Thallus membranaceus, substrato adpressus, supra versus ambitum cinereus, versus medium obscurior (fere atro-cinereus), mediocris, lat. circ. 4—6 centim., suborbiculariter dilatatus, submonophyllus, tantum versus ambitum inciso lobatus, loborum marginibus crenatis, lobulis approximatis, subimbricatis, superficie thalli opaca tota rugulosa, undulata et ubique a punctis vel scrobiculis cyphelloideis, albis, minutis, rotundis aut oblongis valde numerosis consita; subtus thallus fuscescens, rhizinis brevibus plus minus dense consitus; apothecia primum urceolato-scutellata, excipuli margine integro vel subintegro (interdum etiam sphinctrino-crenato, dein cupuliformia vel peltata, disco hepatico dilatato, subplano, integro aut inciso et flexuoso, margine thallodeo tenui aut subnullo cincto; sporae octonae, ellipsoideae, simplices, hyalinae, long. 0,012—015, crass. 0,008—010 mm.

Ad cortices et verisimiliter etiam ad rupes.

Statio non indicata est.

Apothecia majora (lat. circ. 1—2 centim.), plerumque numerosa, dispersa vel versus thalli medium aggregata aut approximata.

Est species insignis e stirpe *Parmeliae saxatilis*, punctis et scrobiculis albis, a quibus tota rugulosa thalli superficies est consita, statim dignoscenda.

Denominavimus hunc lichenem notabilem in honorem memoriamque celeberrimi Doctoris K. G. Lorentz, investigatoris indefessi Florae Argentinae.

var. *lobulata* Krph.

Thallus fere totus lobulatus, lobulis sinuato-incisis, undulatis et imbricatis.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0479-4

Cum typo.[1])

34. *Parmelia Kamtschadalis* (Ach.) Eschw; Nyl. Syn. meth. p. 387.

Ad truncos arborum, saepe inter muscos, frequens et copiose fructifera.

Laciniae thalli subtus plerumque canaliculatae, frequentius convolutae, subfistulosae, marginibus nigro-fibrillosis.

35. *Parmelia cetrata* Ach. Nyl.

Ad cortices, large fructifera.

36. *Parmelia perforata* Ach.

Ad cortices arborum in silvis tropicis apud Oran et litorum Boliviensium; ad Rio negro inter Oran et S. Andaro, frequens et plerumque copiose fructifera; apothecia interdum usque ad 4 centimetr. lata.

var. *corniculata* Krph.

Cum typo.

37. *Parmelia Nilgerrhensis* Nyl. in Flora 1869, p. 291; Arnold lich. Jur. et Germ. exs. Nro. 136. b.

Ad cortices, fructifera. Sporae ellipsoideae, episporio latiusculo, hyalinae, long. 0,024—026, crass. 0,013—015 mm.

---

[1]) Occasione data hic etiam alia species affinis, nondum descripta, ex India orientali (Himalaya) memoretur.

Parmelia aptata Krph.

Thallus foliaceus, plus minus orbiculariter expansus (lat. circ. 5—7 centim.), versus ambitum (non profunde) inciso-lobatus, lobis rotundatis marginibus obtuse crenulatis, substrato (saxo) adpressus, supra cinereus vel sordide albidus, superficie tota plicata et rugosa, opaca, passim squamulosa, squamulis aut foliolis imbricatis, aut minute isidioidea, aut sorediifera, aut denique (sed hoc raro) punctis albis minutis leprosis consita, in generali valde inaequali et aspera, intus albissimus, subtus nigricans, rhizinis concoloribus brevibus obtectus, versus ambitum interdum nudus, spadiceus; apothecia dispersa, mediocria (lat. circ. 1,5—2,0 mm.), sessilia, urceolato-scutellata, disco fusco a margine thallino turgidulo, inflexo, obsolete crenulato et saepe albo-leproso, cincto; sporae 8 nae, ellipsoideae, vel ovoideae, hyalinae, simplices, long. 0,011, crass. 0,005—006 mm.; paraphyses conglutinatae, non bene conspicuae.

N. W. Himalaya, Kotgurh, ad rupes, leg. Doct. Scoliczka.

Zona nuda versus ambitum in pagina inferiore thalli saepe deest aut tantum obsoleta apparet. Apothecia in plerisque speciminibus rara, in nonnullis copiosa.

Color medullae thalli denudatae albissimus nec hydr. Kalico nec hypochl. calc. mutatur.

Pertinet haec species insignis ad stirpem *Parmeliae saxatilis* et *P. Borreri* et affinis est *Parmeliae Lorentzii* Krph., a qua notis supra datis satis superque diversa est. —

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0480-5

Superficies thalli et medulla denutata hydrate Kalico flavescit. Margo thalli plus minus nigrociliatus.

Species, ab auctore meo judicio non satis distincte determinata, nobis adhuc dubia.

Caeterum specimina Argentina bene quadrant in specimina ab amico Arnoldio l. c. edita et a Nylandero probata.

38. *Parmelia perlata* Ach.

Ad cortices, non frequens.

39. *Parmelia olivetorum* (Ach.) Nyl.

Cienega, ad ramos ramulosque arborum, non frequens. Medulla denudata hypochlorite calcico rubescit.

40. *Parmelia congruens* Ach. Lich. univ. p. 491; Nyl. Syn. meth. p. 392; O. Swartz, Lich. Americani, p. 5, tab. IV (icon optima!).

Ad truncos arborum, Sierra Tucreman, inter 7000—8000.'

Hic lichen Argentinus sistit veram *Parmeliam congruentem* Ach. et Swartz, plantam rarissimam, ex temporibus celeb. D. Swartzii tantum 1873 a celeb. Doctore Lorentzio in Andibus Argentinis iterum repertum.

Specimina (pauca) Argentina in iconem citatam Swartzianam ad assem quadrant. Sporae 8nae, hyalinae,[1]) ellipsoideae vel fere globosae, long. 0,008—009, crass. 0,006—007 mm.; paraphyses conglutinatae, indistinctae, superficies thalli hydrate Kalico laete prasina; sed color medullae denudatae nec hydrate Kalico, nec hypochlorite calcico mutatur.

41. *Parmelia caperata* Ach.

Ad cortices, non raro fructifera; ad cactos prope Concepion del Uruguay, large fructifera.

42. *Physcia candelaria* (Ach. pr. p.) Nyl. Syn. meth. p. 412.

Ad ramos ramulosque prope urbem Concepion del Uruguay, fructifera.

---

[1]) A lichenologis nonnullis in terminologia lichenum inter alia superflua vel vitiosa etiam verbum „incolor" (germ. ungefärbt, farblos, angl. colourless) introductum est („hypothecium incolor" „sporae incolores"), quod, ut nos quidem credimus, plane corrigendum sit. Nam hoc verbum „incolor" in lingua latina est alienigenum ejusque sensus ibi recte verbo „decolor" vel „hyalinus" exprimitur, itaque in diagnosibus lichenum melius et rectius verbum „incolor" verbo „hyalinus" substituendum esse censemus.

Caeterum designatio „hypothecium incolor" certe non legitima sit; hypothecium in lichenum apotheciis semper nonnihil coloratum est, albidum, album etc., nunquam autem colore quopiam omnino carens, ut ex. gr. aër, aqua pura. —

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0481-0

43. *Physcia fibrosa* (Fries) Nyl. Syn. meth. p. 413; *Parmelia fibrosa* Fr. S. O. V. p. 284.

Ad ramos ramulosque arborum, non infrequens.

44. *Physcia chrysopthalma* DC.

Ad ramos ramulosque, passim frequens, praesertim in vicissitudine urbis Concepion del Uruguay, etiam ad cactos.

45. *Physcia setosa* (Ach.) Nyl. Syn. meth. p. 429.

Ad ramos arborum, sterilis (unicum! in coll. Lorentz).

46. *Physcia crispa* (Pers.), Nyl. Syn. meth. p. 423.

Ad ramos ramulosque arborum, prope Oran et alibi, copiose.

Specis variabilis.

47. *Physcia flavicans* DC., Nyl. Syn. meth. p. 406.

Ad arbores, prope Oran et alibi, copiose et large fructifera.

48. *Physcia speciosa* Fr. var. *hypoleuca* (Ach.) Nyl. Syn. meth. p. 417; *Physcia Casarettiana* De Not.!!

Ad cortices.

Forma *cinerascens* (Nyl. l. c. — verisimiliter).

Thallo magis quam in typo depresso-applanato, eciliato, cinerascente vel albido.

Ad cactos prope Concepion del Uruguay.

49. *Physcia leucomela* (Mich.) Nyl. Syn. meth. p. 414.

Ad cortices, frequens et non raro fructifera.

50. *Physcia exilis* (Mich.) *Borrera exilis* Ach.; *Physcia flavicans* v. *exilis* Nyl. Syn. meth. p. 407.

Ad ramos ramulosque arborum, frequens.

Pro bona specie habemus hunc lichenem.

51. *Physcia barbifera* Nyl. Syn. meth. p. 416.

Ad ramos ramulosque arborum.

52. *Physcia endochrysea* (Hampe herb.) Krph.; *Physcia obscura* v. *endochrysea* Hampe.

Corticola.

Thallus intus croceus vel croceo-flavus; sporae long. 0,014—015, crass. 0,010—011 mm.

(Continuatur.)

Redacteur: Dr. **Singer.** Druck der F. Neubauer'schen Buchdruckerei (**F. Huber**) in Regensburg.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03648-0482-6

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1878

Band/Volume: 61

Autor(en)/Author(s): Krempelhuber August von

Artikel/Article: Lichenes, collecti in republica Argentina a Doctoribus Lorentz et Hieronymus 476-480